

cedas. Plebs illa, cui per tuam mentem ac linguam donis Dei fecundatam & ornatam uberissima incrementa speramus, in te intelligat fratrem tuum non pro sua desidia, sed pro ejus pace fecisse quod fecit. Hæc epistola, mandavimus, ut tibi non legeretur, nisi cum te jam tenerent quibus es necessarius. Nos enim te spiritualis amoris vinculo tenemus, quia & nostro collegio multum es necessarius. Cur autem etiam corporalem præsentiam non exhibuerimus, postea scies.



* SERMO CCCXCII.

* Aliis 49.
inter Homilias 50.
a

AD^a CONJUGATOS.

CAPUT I.
2. Cor. 5.
20.

Mulier curvata symbolum generis humani.

Luc. 13.
11.

Ps. 56. 7.

I. **A**postolum audivimus nobis dicentem: *Legatione fungimur pro Christo, exhortantes reconciliari Deo.* Non exhortaretur ut reconciliaremur, nisi inimici fuissetis. Ergo erat totus mundus inimicus Salvatori, amicus captivatori: hoc est, inimicus Deo, amicus diabolo. Et totum genus humanum, tamquam ista mulier, curvatum erat ad terram. Jam intelligens quidam inimicos istos, clamat adversus eos, & dicit Deo: *Curvaverunt*

a In MSS. libris homiliarum 50. inscribitur, *De muliere curva.* In Flori autem collectione ad 1. Cor. 7. appellatur *Sermo ad conjugatos*: sic etiam in vetustissimo MS. Phimarcionensi & aliis nonnullis, quibus in codicibus incipit ad isthæc verba, cap 2 *Audite, carissimi*; nec habentur quæ præcedunt de mulieris curvæ sanatione. Ex duobus saltem sermonibus unus iste conflatus est, cujus partes dubitare vix licet quin omnes pertineant ad Augustinum.

runt animam meam. Diabolus & Angeli ejus animas hominum curvaverunt ad terras, id est, ut pronæ in ea quæ temporalia sunt & terrena; superna non quærent. Nam utique hoc dicit Dominus de muliere ista, quam alligaverat sathanas, ecce, decem & octo annis: & jam oportebat eam solvi à vinculo suo, et solvi in die sabbati. Calumniabantur autem erigenti, qui, nisi curvi? Quando quidem et ipsa, quæ Deus præceperat, non intelligentes, terreno corde intuebantur. Sacramentum enim baptismi carnaliter celebrabant, spiritaliter non videbant.

2. **AUDITE**, carissimi, membra Christi, & matris catholicæ filii. Quod dico competentibus, audiant fideles: quod dico fidelibus, audiant competentes: quod dico competentibus & fidelibus, audiant poenitentes: quod dico fidelibus, & competentibus, & poenitentibus, audiant catechumeni: audiant omnes, omnes timeant, nemo contemnat. Sit mihi in consolationem vester auditus, ne sit vobis in testimonium dolor meus. Competentibus dico: Fornicari vobis non licet. Sufficiant vobis aut uxores, aut nec uxores: concubinas vobis habere non licet. Audiat Deus, si vos surdi estis; audiant Angeli ejus, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet. Et si non habetis uxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea^a dimittatis, ut ducatis uxores; quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas & uxores^b? Non vobis licet habere uxores, quarum prior

TOM. V.

KK

res

a Sic omnes MSS. At editi, *quas postea ducatis uxores* omisso, *dimittatis ut.*

b Editi, & *uxores dimittatis.* Abest *dimittatis* à MSS.

CAPUT II.
Dist. 34.
Audite.

Concubinas habere non licet.

a

Nec maritatus uxores ducere.

res mariti vivunt: nec vobis, feminae, habere viros licet, quorum priores uxores vivunt. Adulterina sunt ista conjugia, * non jure fori, sed jure caeli. Nec eam feminam, quae per repudium discessit à marito, licet vobis ducere, vivo marito. Solius fornicationis causa licet uxorem adulteram dimittere: sed illa vivente non licet alteram ducere. Et vobis, feminae, nec illos viros, à quibus per repudium discesserunt uxores eorum, maritos habere conceditur; non licet, adulteria sunt, non conjugia. Contemnitur Augustinus, timeatur vel Christus. Nolite imitari turbam malorum, infidelium, filii mei: nolite sequi vias latas, quarum finis ad interitum ducit. Qui baptizatus fuerit, aut continentiam Deo voveat, aut permaneat cum uxore sua; aut si non habet, ducat uxorem.

3. AUDITE me, fideles, id est, baptizati. Quare moriemini jam renati? Quando baptizati per vias tortuosas et lubricas & immundas itis, nescitis quia peritis? Peritis, filii mei, credite. Non vultis credere? Quid vobis facio? Qui fideles estis, & auditis me, si fortè talia commisistis, nolite addere; & ut vobis Deus ignoscat, orate. Si non potuistis habere, vel noluistis, pudicitiam conjugalem, seu continentiam, & deviasistis à proposito vel à vinculo conjugalis, vel devotæ continentiae, sit in vobis dolor & humilitas poenitentiae. Aperitiùs dico; nemo dicat, Non intellexi. Qui post uxores vestras vos illicito concubito maculastis, si præter uxores vestras cum aliqua concubuistis, agite poenitentiam, qualis agitur in Ec-

a Sic MSS. Editi verò, *vel vinculo conjugali, vel devotione continentiae.*

*Sermo 35.
n. 5.

Nec à marito repudiatas.

Poenitentia
is, qui à
castitatis
proposito
lapsi sunt,
amplectenda.

De Poen.
dist. I. c.
Agite.

Ecclesia, ut oret pro vobis Ecclesia. Nemo sibi dicat: Occultè ago; apud Deum ago; novit Deus qui mihi ignoscat, quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est: *Quæ solveritis in terra, soluta erunt in caelo?* Ergo sine causa sunt claves datae Ecclesiae Dei? Frustramus Evangelium, frustramus verba Christi? Promittimus vobis quod ille negat? Nonne vos decipimus? Job dicit: *Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea.* Talis justus, thesauri divini obryzum, tali camino probatus ista dicit; & resistit mihi filius pestilentiae, & erubescit genu figere sub benedictione Dei superba cervix, mens tortuosa? Fortassis, imò quod non dubitatur, propterea Deus voluit, ut Theodosius imperator ageret poenitentiam publicam in conspectu populi, maximè quia peccatum ejus celari non potuit: & erubescit senator, quod non erubuit imperator? Erubescit, nec senator, sed tantum curialis, quod non erubuit imperator? Erubescit plebejus, sive negotiator, quod non erubuit imperator? Quæ ista superbia est? Nonne sola sufficeret gehennæ, etiamsi adulterium nullum esset?

4. POSTREMO, fratres mei, audiunt me viri, audiunt me feminae; quid ad me irascimini? Utinam faciatis quod scriptum est: *Irascimini, & nolite peccare.* Timere debeo, ne contingat mihi quod contigit Apostolo Paulo, quod modò cum legeretur, si intenti fuistis, audistis: *Ergo inimicus factus sum vobis verum prædicans?* Et si ita est, fiat. Si necesse est, ut inimicus sim vobis, meliùs vobis opto esse, quàm justitiæ. Commendo vos custodiendos etiam uxoribus vestris. Filiae meae sunt, sicut & vos filii mei estis. Audiant me:

Publica
poenitentia

Matth. 18.
18.

Job 31. 33.

Theodosii
poenitentia.

CAP. IV.
Florus ad
I. Cor. 7.
Psal. 4. 5.

Gal. 4. 16.

zelent viros suos: non sibi servant vanam gloriam, qua solent à maritis impudicis matronæ laudari, quia impudicitiam virorum suorum æquo animo ferunt. Nolo talem patientiam habeant christianæ mulieres: prorsus zelent viros suos; non propter carnem suam, sed propter animas illorum. Omnino ego moneo, ego præcipio, ego jubeo, episcopus jubet, Christus in me jubet. Novit ille, in cujus conspectu ardet cor meum. Ego, inquam, jubeo. Nolite viros vestros permitttere fornicari. Interpellate contra illos Ecclesiam. Non dico, judices publicos, non proconsulem, non vicarium, non comitem, non imperatorem; sed Christum. In ceteris omnibus ancillæ stote virorum vestrorum, subditæ ad obsequium. Nulla sit in vobis protervitas, nulla superbia, non contumeliosa cervix, non aliqua inobedientia: prorsus tamquam ancillæ servite. Sed ubi ventum fuerit ad illud negotium, ubi vos beatus Apostolus æquavit, dicens: *Uxori vir debitum reddat, similiter & uxor viro*; subintulit: *Uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir*. Quid te extollis? Audi quod sequitur: *Similiter & vir non habet corporis sui potestatem, sed mulier*. Ubi ad hoc ventum fuerit, clamate pro re vestra. Aurum tuum vendit maritus pro necessitate sua: ferto, femina; ferto, ancilla; noli litigare; noli contradicere. Contemptus auri tui dilectio est viri tui. Si villam tuam pro necessitate sua vendat, quæ est et tua (non enim potest esse ipsius, quæ non sit tua, si est caritas in te, quæ debet esse in uxore) ferto patienter: & si dubitat, tu offer: contemne omnia propter amorem viri tui. Sed castum opta; pro castitate litiga. Patienter pe-
reat

1. Cor. 7.
3. Sc.

reat villa tua; non anima ipsius te patiente pereat.

5. NON dico viris, ut in hac causa zelent uxores suas. Scio quia faciunt; novi. Quis ferat uxorem adulteram? Et imperatur femina, ut ferat adulterum virum. O justitia! Quare rogo te? Quare? Quia ego sum vir. Vir es? In fortitudine tua probemus, quia vir es. Vir es? Vince libidinem. Quomodo vir, quo uxor est fortior? Tu es caput mulieris vir; verum est. Si caput est, ducat, uxor sequatur. Sed ubi recta est domus, caput mulieris vir. Si caput es, duc: sequatur illa caput suum. Sed vide quò eas. Noli ire, quò non vis ut sequatur: noli ire, quò times pedisequam, ne in foveam adulterii simul ruatis: ne cum tu facis, doceas quod facis. Dolet tibi anima, si in foveam adulterii ambo simul ruatis: doleat tibi, si tu solus ruas. Zelas, non vis ut ruat illa: time, tu noli ruere. Nolite autem, pudicissimæ femina, imitari impudicos viros vestros. Absit à vobis. Aut vobiscum vivant, aut soli pereant. Impudico marito non debet mulier pudicitiam, sed Deo illam debet, Christo illam debet. Non propter illum faciat, qui non meretur; sed propter Christum faciat. Pretium suum adtendat, tabulas suas legat. Postremò quod libet sentiat, qui fortè indignatur, quia talia disputo: nam scio, qui sapiunt, amant inde me; quia non sine causa scriptum est: *Corripe sapientem, & amabit te; corripe insipientem, & adjiciet odisse te*. Non dixit, Incipiet, sed *Adjiciet*; quia jam oderat. Ergo scio quia sapientes amant me in hoc. A communione se cohibeant, qui sciunt quia novi peccata ipsorum; ne de cancellis projiciantur. Quo-

CAP. IV.

V. serm.
132. c. 2.

Prov. 9. 8.

rum autem nescio, hos coram Deo convenio. Agant etiam ipsi poenitentiam, et deinceps ab immunditia abstineant fornicationum suarum.

CAP. VI.
Poenitentes
mutentur.

Catechumeni imitentur bonos de Ecclesia.

6. POENITENTIBUS dico: Quid est quod agitis? Scitote, nihil agitis. Quid prodest quia humiliamini, si non mutamini? Catechumenis dico: Exardescite voluntate ad percipiendam gratiam. Sed eligite vobis in Ecclesia Dei quos imitemini. Si non inveneritis: heu mihi, Deus meus! Quid est quod dico? Si non inveneritis? Ergo in populo fidelium non est quem inveniatis? Per tot annos, tot homines sine causa baptizavimus, si non ibi sunt qui servent quod acceperunt; qui custodiant quod audierunt. Absit à me ut hoc credam. Melius non vobis essem episcopus, si hoc ita est. Sed spero esse, credo esse. Inde est autem misera conditio mea, quia plerumque cogor adulteros nosse, castos nosse non possum. In occulto est unde gaudeam: in publico est unde torquear. Ergo desiderate gratiam Dei, eligite quos imitemini, cum quibus vivatis, et cum quibus colloquia dulcia caritatis habeatis. Nolite admittere susurrationses malas. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Vivite sicut spicæ inter zizania: ferte tribulationes hujus sæculi, sicut grana in area. Veniet ventilator: nemo sit passim isto tempore separator.*

I. Cor. 15.
33

IN

IN LIBRUM. SUBSEQUENTEM

LIBRI II. RETRACT.

CAPUT LXIV.

LIBRUM *De cura pro mortuis gerenda* a scripsi, cum interrogatus litteris fuisset, utrum prosit cuique post mortem, quod corpus ejus apud Sancti alicujus Memoriam sepeliatur. Hic liber sic incipit: *Diu sanctitati tuæ, coepiscope venerande Pauline.*

a Quo tempore scripserit, conjectare licet ex Retractionum serie, ubi librum hunc proximo loco ponit post Enchiridion ad Laurentium, quod quidem opus non ante annum 421. perfecit. Vide Admonitionem eidem operi præfixam, nec non Admonitionem aliam ad librum octo questionum Dulcitii, cui scilicet libro q. 2. inseruit Augustinus initium subsequentis libri sui ad Paulinum.

KK 3

S.

S. AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
DE CURA GERENDA
PRO MORTUIS,
AD PAULINUM,
LIBER UNUS.*

* Scriptus
circa an.
num Chris-
ti 421.

Interrogatus à Paulino episcopo nolano utrum sepultura quæ fit in Memoriis martyrum, spiritibus mortuorum aliquid prosit, ostendit in primis nihil mortuis ipsis obesse, etiam si eorum corporibus omnino negetur sepultura. Locum autem sepulturæ non per se prodesse quidquam, sed per occasionem dumtaxat, dum ex illius recordatione movetur, & crescit affectus precantium pro defunctis. Curam sepulturæ ex humani cordis ad carnem suam affectu venire, eamque merito à sanctis martyribus, cum ad felicitatem aut miseriam nihil intersit, contemptam fuisse. Hinc de mortuis dicit, qui narrantur viventibus apparuisse, ut suis corporibus sepultura præberetur. Quomodo visa illa fiant, docet variis exemplis. Ad extremum inquit, an mortui curis intersint ac rebus humanis.

CAPUT I.
Paulini
quæstio, an

I. **DIU** sanctitati tuæ, coepiscope venerande Pauline, rescriptorum debitor fui,
ex

ex quo mihi scripsisti per homines filix nostræ religiosissimæ Floræ, quærens à me, utrum prosit cuique post mortem quod corpus ejus apud Sancti alicujus Memoriam sepelitur. Hoc enim abs te vidua memorata petiverat pro defuncto in eis partibus filio suo, & rescriperas consolans eam: idque etiam nuntians de cadavere fidelis juvenis a Cynegii, quod materno & pio affectu desideravit esse completum, ut scilicet in beatissimi Felicis confessoris basilica poneretur. Qua occasione factum est, ut per eosdem perlatores litterarum tuarum etiam mihi scriberes, ingerens hujusmodi quæstionem, atque ut responderem quid inde mihi videretur, exposcens, nec taceas ipse quid sentias. Nam dicis videri tibi non esse inanes motus animorum religiosorum atque fidelium pro suis ista curantium. Adjungis etiam vacare non posse, quod universa pro defunctis Ecclesia supplicare consuevit: ut hinc & illud conjici possit, homini prodesse post mortem, si fide suorum humano ejus corpori talis provideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam isto modo quæsitæ Sanctorum.

2. Sed cum hæc ita sint, quomodo huic opinioni contrarium non sit, quod dicit Apostolus: *Omnes enim adstabimus ante tribunal Christi, ut b ferat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum*; non te satis videre significas. Hæc quippe apostolica sententia ante mortem admonet fieri, quod possit prodesse post mortem;

a Uticensis abbatie codex, Cynegri.

b Sic MSS. At editi hoc loco, *referat*: qui tamen infra cum MSS. habent, & *tamen ferat*.

mortuo
prosit quod
apud Sancti
alicujus
Memoriam
sepelitur.

Sententia
ipsius est,
prodesse.

Difficultas
contra ab
eodem pro-
posita dis-
cutitur.

b
2. Cor. 5.
10.